

Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis, D. Joh. Quistorpius ... Ad Exequias Quas ...
Matronae ... B. Mariae Gerdes/ Viduae Dn. Hinrici Geismers/ olim Civis praecipui,
ac Templi Jacobaei curatoris integerrimi. filii moestissimi parant Omnes
Academicos invitat**

Rostochii: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026>

Druck Freier  Zugang



Q v i s t o r p, J.,
in M. Gerdes,
uxor. H. Geismer.

Rostock. 1663.

66.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445026/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777445026/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777445026/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026/phys_0004)

DFG

183.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
D. JOH. QVISTORPIVS

ΘΕΟΛ. Prof. P. & Past. Dominicæ.

Ad Exequias

Quas

Honoratissima Matronæ

B. MARIAE
Serdes/

Viduæ

DN. HINRICI Geismers/ olim
Civis præcipui,

ac Templi Jacobæi curatoris integerrimi.
filii mæstissimi parant

Omnes Academicos invitat



ROSTOCHII,
TYPIS JOHANNIS KILI acad. Typogr. 1663.

ЯБГОДЯ

UNIVERSITATIS ROBERTOGENIAE

anibuszE bA

Humana cuncta sumus, Umbra, vanitas:
Et Scenæ imago, & verbo, ut absolvam,

Nikil.





RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
D. JOH. QUISTORPIUS,
ΘΕΟΛ. Prof. P.

Iigna vox est, quæ subinde aures nostras feriat, Chrysostomi: καιρὸς, inquit, ἀγνοίας ἐχ ὅτιν πάχειαν νοοῦσι, ἀλλ' ἐπειδὴν δὲ τοῦτον νοοῦσι: dolendit tempus est, nō quando mala patimur, sed quando mala perpetramus. Nos verò ordine inverso, absq; ulla animi ægritudine ac doloris sensu, culpā concipim⁹, inter peccandum lætitia apertereferim⁹, &, quod Veteres dicebant, aperto capite & elata manu peccam⁹; Obrepentibus autē molestiis atq; periculis, animū contrahim⁹, despondemus. Documento fuerunt Patrum nostrorum tempora, 'documento sunt & hæc nostra, in quæ malorum omnium Oceanus videtur prorupisse : ex quo effectum est, ut plerosque nostrū, in quos calamitatum fluctus redundant, animus deficiat mœrore vīctos ac debilitatos: qui verò delictorum curam suscipiant, & ex insluctum hauriant, valdè quam paucos reperias. De solâ vitæ nostræ mortalitate extant ingentes querelæ multorū ex Im-

ex Imperatoribus Ethnicis , quorum de patratis pec-
catis grandibus extant triumphi . De eadem audias &
in Christianorum cœtu multorum deplorationes , quod
vita nostra sit instar vaporis Jac . 4 . v . 14 , togæ Eccles . 14 .
v . 58 , umbræ Psal . 102 . v . 12 , cineris Job . 7 . v . 5 . vasorum
terreorum Rom . 9 . v . 12 . nubium Job . 7 . v . 9 . aquarum .
Psal . 90 . v . 5 . graminis & floris , i . Pet . 1 . v . 24 . fœni Psal .
90 . v . 5 . 6 . folii Eccl . 14 . v . 10 . somnii Psal . 76 . v . 6 . Hinc
cum è contraanimum subit cogitatio , inter aves Phœ-
nicem , secundum Physicos , in Ægypto quingentis an-
nis volare , secundum alios , mille annos vivere ; Aqui-
lam , ad quam , dies nostros numerando , Jobus nos re-
vocat c . 9 . v . 26 . nec per senectutem nec per morbum
mori , sed tantum progressu temporis per famem ,
quando rostrum ei ita grandescit & incurvatur , ut
~~aduvan~~ sit ad pastum aperire ; inter pisces illum , qui
jussu Pollionis in piscinam conjectus , ab eo tempore ,
sexaginta annos amplius , Seneca teste , vixisse , illum ,
qui tempore Friderici II . anno 1498 . in lacu Helprun-
tio captus , annalibus testantibus ; pennis suis innexum
habuisse annulum , cui inscriptus annus , è quo intelli-
gebatur eum ante 267 . annos conjectum fuisse in la-
cum illum ; inter animalia reliqua vitam Elephanti se-
usque ad ducentos aut trecentos annos , vitam .
Cameli ad annum centesimum , extendere , hæc
dico , cum animum subit cogitatio , audias repeti illas
querelas . Sunt inter naturæ sacerdotes , non ignobi-
les

ies, qui equum ad summum attingere annum quin-
quagesimum, leporem autem, sextum, neque istum-
terminum excedere scriptitant. Infinitos autem esse
inter homines, qui intercidunt inter hoc, immo, infra
hoc annorum spatium, cum multi perpendunt, denuo
in querelas solvuntur. Rectius longe in turbulentio
hoc rerum statu & malorum concursu dolendum erit
de malis commissis, bonis omisis, non autem conta-
bescendum in miseria nostra, neque de offensi Dei mi-
sericordia, in brevitate vitæ nostræ desperandum, qui
non minus pro lœvâ quam dextrâ fortunâ Deo debe-
mus gratias; siquidem hæc særissimè insolentem & in-
jurium, illa sapientem facit & probum. Quemadmo-
dum autem merito tristamur, cum proximus noster
Deum offendit: sic vice versa merito lætamur, cum
è medio nostrum emigrat quispiam ad cœlestè gaudi-
um, & liber à peccatis pœnæ divinitus immissæ præri-
pitur. Quo nomine nunc optimo jure gratulamur
B. GEISMARÆ editæ hunc in mundum Rostochii
Anno 1585. d. 21. Novembr. Patre B. JOACHIMO Ger-
des. Cive Rostochiensi præcipuo, qui natus ex Amplissi-
mo Dn. HENRICO Gerdes Consule Reipubl. huj' opti-
mè merito. Et matre B. CATHARINA Krügers/
ac Aviâ ELISABETHA Schmiedes/ Coss, Wismarien-
sis egregia filia. Hac in familiâ tam honestâ, tam ex-
cellenti nata est hæc pia Matrona. De virginibus sui
seculi Cyprianus memorat, quod indolem maturè pro-
dant: ita Maria nostra sub primæ ætatis initium fu-
turæ

turæ in vita pietatis & castitatis specimina undecunque dedit conspicua. Neque verò ut Apiana vina initio dulcia austерitatē accipiunt ab annis, Plutarch. sic hæc Nostra, ætate facta inhumanior, sed ætate ac usu rerum indies profecit. Intellexerunt hoc dum vive- rent Parentes, & ut gypsum aut argilla, dum est uda, in quamvis imaginem facile sequitur singentis manum: ita in tenera ætate ad pietatem & ad rem familiarem gerendam ita eam instituerunt, ut inter primarias hu- jus Urbis Virgines non esset postrema. Itaque eam, Præstantissimus Vir Dn. HINRICH GEISMER Civis pri- marius ac Curator Cathedralis templi nostri per XXX, Annos accuratissimus, honestè amare cœpit, & cum legitimè ambiret, facile eam exambiit. Hi tranquil- lam conjugalem vitam per XL. Annos vixerunt. Ad conjugia quondam compulsos esse Cives, commemo- rat Arianus Epict. E Scaligero hoc repeto: Quod Athenienses, cælibes dederint mulieribus in die festo circa aram trahendos, & flagris cædendos, de re Poëti- ca lib. 3 At tale matrimonium, quale inter B. HINR. GEISMER VM, & B. MARIAM Gerdes fuit, quam maximè bono cuivis optandum venit, ambiendum venit, tantum abest ut coactioni locus sit. Pietati unicè Marita litabat, à pietatis exercitiis operarum ex- ordia ducebat, & occultum cordis hominem, quem in mulieribus Petrus requirit. i Epist. c, 3. exprimebat durante hoc fasto conjugio nati iis sunt liberi IX.
 3303

Omn-

Omnium illorum primogenitus est, Amplissimus Dn. MICHAEL Geßmer Senator Reipubl. hujus Clarissimus, B. Geneticis curator obsequiosus, & ex morte ejusdem tristitia affectus admodum. Hunc exceptit Consultissimus Dn. D. JOACHIMUS, JCtus insignis, cuius memoria est in benedictione. Sequitur tertius filius HINRICH, Civis florentissimæ Reipubl. Hamburgensis Præstantissimus, qui (ipse licet viduus,) ex amore erga piè defunctam huc venit, Matri sua ut iret exequias. FRANCISCUS cum MATTHÆO, brevi post nativitatem, per beatam avālum ad cœlestia translati sunt. NICOLAVS verò novellus Mercator, Hafniā in Hispaniam trajiciens naufragio vitam hanc amisit. Sequuntur filiolæ tres, quarum binæ majores natæ CATHARINA & MARIA abeceptæ & mature satis Paradyiacis associataæ sunt. ELISABETHA, quam Pl. Reverendus Dn. JOACHIMUS LINDEMANNUS, Archi-Diaconus Marianus ornatissimus domum deduxerat, Anno 1647. Matris mortem anticipavit. Hoc stemma postquam inde propullularunt XXVI filii ac nepotes, decollavit tandem Vitæ mortisque Arbiter. Viribus temporis tractu, prostratis, per integrum anni quadrantem Clinica facta, corporis ægritudines, æquo animo tulit, & cor mærore repletum precibus a lacrymis refocillavit, ac ad Christi vulnera refugium sumxit. Demum d. XII. hujus Mensis, circa sextam vespertinam fatis cessit, ubi in angustiis Christus illi

illi fuisset voluptas , cura , animus , omnia: Et ut aliquis
Patrum dicebat , via non errans , veritas non fallens , vi-
ta non deficiens . Ite ergo exequias Magno numero
Cives Academic i , cujuscunque estis dignitatis , ampli-
simam familiam officio , Mortuam honore , vosmet ipsos
beneficio hoc prosecuturi , ut inter hæc mortalia ve-
ram acquiratis sapientiam , quæ consistit in meditatio-
ne finis sine fine , visuri tandem bona Domini in terrâ
viventium , & constanter sine fine triumphantium , in
quâ (Augustinus in soliloq. c. 35.) juventus nunquam
senescit , vita terminum nescit , decor nunquam tepe-
scit , sanitas nunquam marcescit , gaudium nunquam
decrescit , dolor nunquam sentitur , gemitus nunquam
auditur , triste nil videtur , lætitia semper habetur , ma-
lum nunquam timetur ; quoniam ibi summum bonum
possidetur , quod est videre semper faciem D N J. Qua-
re ad funeris deductionem hoc animo I. pomeridi-
anâ , in Æde S. Jacobæa convenire . Ite & be-
ne mori discite .

P.P. in fine rectoratus nostri, Rostochii sub
sigillo Rectoratusd. XXIV. Aprilis A.O. 1663.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777445026/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445026/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445026/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445026/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445026/phys_0016)



Omnium illorum primogenitus es
CHAELE Geissmer Senator Reip
B. Geneticis curator obsequios
dem tristitia affectus admodum
sultissimus Dn. D. JOACHIM
cujus memoria est in benedictio
us filius HINRICH, Civis florent
burgensis Præstantissimus, qui
amore erga piè defunctam huc v
exequias. FRANCISCUS cum
post nativitatem, per beatam av
lati sunt. NICOLAVS vero no
niā in Hispaniam trajiciens naufr
sit. Sequuntur filiolæ tres, qu
natæ CATHARINA & MARIA
satis Paradyiacis associatae sunt.
quampli. Reverendus Dn. JOACH
NUS, Archi-Diaconus Marianus
deduxerat, Anno 1647. Matris
Hoc stemma postquam inde pro
ac nepotes, decollavit tandem Vi
Viribus temporis tractu, prostra
ni quadrantem Clinica facta, c
æquo animo tulit, & cor mæro
ac lachrymis refocillavit, ac ad C
um sumxit. Demum d. XII. hu
tam vespertinam fatis cessit, ubi



mus Dn. MI
Clarissimus,
morte ejus
cepit Con
is insignis,
quitur tertii
publ. Ham
viduuus,) ex
ri suæ ut iret
IÆO, brevi
lestia trans
cator, Haf
a hanc ami
æ majores
& mature
BETHA,
NDEMANT
ius domum
anticipavit.
ut XXVI filii
que Arbiter.
tegrum an
gritudines,
m precibus
nera refugi
, circa sex
iis Christus
illi